Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36523
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



26.

eorum plenis longissimis fabulis de celo et syderibus. de sole et luna. quos alibi
legat augustinus. Quorum quedam ubi considanda atque discutienda ei fau
sto modeste petiit. sane ille nec ausus est subire ipam scrutinam. noverat e
nim se ista non nosse. nec eum puduit confiteri. Itaque omnis conatus augu
stini quo proficere in manicheorum secta statuerat. illo homine cognito penitus
intercidit. non ut omnino ab eis separetur. sed quasi melius aequam non in
veniens eo quo iam irruerat. contentus interim esse decreverat. nisi aliquid
forte quod magis eligendum esset elucesceret. Statuit igitur romam peregre et potius
ibi docere quod docebat carthagine. Quem proficiscentem mater eius atrociter
planxit. et usque ad mare secuta est. Sed fefellit eam violenter ipsam tenentem. ut
aut secum pergeret. et finxit se amicum nolle deserere. propter quem venerat. do
nec vento facto navigaret. Recusanti autem illi sine eo nolle redire vix per
suasit ut in loco primo ubi erat memoria beati cypriani maneret ea nocte.
In qua nocte clanculo profectus est nescente matre. Flante enim vento et vela im
plente letus subtraxit aspectibus navigantium. ubi mane mulier nimio af
ficebatur dolore. querelis et gemitu. Amabat enim presentiam filii amore ma
trum. sed multis multo amplius et nesciebat quid divina pietas illi gaudiorum
facturum esset de absentia ei. Sciebat. ideo flebat. et eiulabat. Conversa igitur iter
sus ad deprecandum dm pro ipso. abiit ad solita. et augustinus romam.
et ecce excipitur ibi flagello egritudinis corporalis. ingravescentibus febribus iam
ibat et pibat. Nondum enim baptismatis unda tenatus erat. Quo vulnere
si ferretur cor matris ei. numquam sanaretur. Non enim satis potest edici. quid
erga eum habebat animi. et quantum maiori sollicitudine illum parturiebat
spiritu. quem carne peperat. an ut dis misericordiam speraret cor contritum et
humiliatum. vidue caste ac sobrie. frequentantis elemosinas. obsequentis
et servientis sanctis ei. nullum diem preterimittentis oblationem ad altare
xpi. bis indie. mane et vespe. ad ecclam sine ulla intermissione venientis.
vanas et aniles loquacitates declinantis. Minime. Recreavit igitur augusti
num ab illa egritudine. et saluti fecit filium ancille sue. tunc interim corpeut esset cui
salutem meliorem atque certiorem daret. Iungebat etiam tunc rome fal
sis illis atque fallentibus sanctis nec tam audientibus eorum quorum innumero
erat etiam is incuius domo egrotaverat et convaluerat. sed eis etiam quos
electos vocant. Iam tandem desperans in ea falsa doctrina se posse proficere.
ea ipa quibus si nichil melius reperiret. potentius esse decreverat. iam remissi
atque negligenter retinebat. Et enim suborta est ei cogitatio. prudentiores
illos ceteris fuisse philosophos. quos achademicos appellant. eo quod de